

#### De Vita Petri Canisii De Societate Iesv

# Rader, Matthäus Monachii, 1614

II. Canisius à Petro Fabro Societati adiungitur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70957

# LIBER PRIMVS CAP. II. 15 CANISIVS A PETRO FABRO SOCIETATI PRIMVS

E GERMANIA ADIVNGITVR.

CAPVT II.

Anisius decurso Colonia Philo-Usophiæstudio, cælestium literarummysteriamox ingredi, & sanctioriTheologiæ operam omnem impédere cœpit. Ad quam rem felicius &commodius exequendam, studuit omnia à se gaudia corporis remouere; nuptiisq; & coiugio in omne vita renuntiare. Quaobré ipso die S. Mat- canisus thie, cum annu ageret vndevicesimu castimocastimoniavoto signauit, nec vnqua niam adopostea resignauit; sed mente ad diui- uet. na translata in studio sapientiæ, qua purus, & à corporis vitiis liberanim9 cis.is.xL. mirifice imbibit, miris modis profecit. Veneratinterea loci Moguntiam Petri Fab-Petrus Faber, è primo Sociorum de- "Girtus. ceuiratu à Cardinale Alberto Archi- CID 13 XLIE episcopo Moguntino Spira euoca-

tus,

#### 16 DE VITA P. CANISII

ci

VI

in

ta

fla

at

m

u

ta

m

Sp

rı

91

VO

te

Q

R

pt

eg

110

tus, ibique res memorabiles gerebat, adindictu à Paulo III. Tridenti conciliu destinatus, quod per id tempus atrox inter maximos Christiani orbis principes Carolű Imperatorem, & Franciscum Galliæregem, bellum exortum disturbauit, cum nusquam tutus viarum commeatus esset. Quæ caussafuit, quamobrem Petrum Fabrum apud se Cardinalis retineret, vt aliquid è voluminibus sacris publice explanaret; qui mox cæleste psalmorum carmen Dauidis cœpit in Academia Moguntina cum ingenti applausu explicare. Nec minus interim studij in rerum diuinarum contemplationem aliorum que salutem omni ratione expediendam contulit, cum alios exemplo & modestia vitæ, que maximum habet ad permouendum momentum, alios literis, alios familiari sermone ad virtutis laudé, rerum præsentium contemtionem, sui despicientiam, Christi amoréincitaret.

Psalmos
exponit
Moguntia
Faber.

LIBER PRIMVS CAP. II. citaret. Longè proinde lateque fama viri dilata, absentes etiam, vt solet, in sui admirationem rapiebat, qua Canisium quoque Coloniæ afflauit, tantoque videndi Fabri desiderio inflammauit, vti sibi tanti viri conspedum & congressum nullo modo negligendum putaret. Numinis igitur canifus impulsu expeditus Moguntiam ad-P. Fabia uolat, seseque Fabro religiosis meditationibus imbuendum committit. inquibus tantum rerum diuinarum spiritum hausit, vt desertis omnibus studiorum præmijs, & speratis dudu honoribus abdicatus, totus in auctoritate Fabri esset, Deoque se, quantus quantus erat, & societati per prima vota, viii. Idus Maij año salutis parte 1 5 43 tertio & quadragesimo emaciparet. Quodipse Canisius conceptis verbis, Romæ ex ipsius autographo exseriptis, & ad me transmiss, testatur, egoque lectori cognoscendum subucio. B IN

#### 18 DE VITAP. CANISII

Votum Ca nissi.

## IN NOMINE DOMINI. AMEN.

878

gi

m

Bu

Anno 1543. die Apparitionis S. Michaelis, aut in octava Maii, qua dies mihi natalis est, tribuens initium anni 23. atatis mea, post maturam deliberationem, ego Petrus Canisius Nouiomagensis, voueo simpliciter Deo omnipotenti, B. Virgini Maria, S. Michaeli Archangelo, & omnibus Sanctis, ex nunc me transiturum ad obedientiam Societatis, qua dicitur IESV Christi: similiter Domino Deo & Sanctis eius promitto firmiter & voueo, quod per divinam gratram velim etiam ex nunc actualem affumere paupertatem, nisi quatenus O quamdiu Prapositus dicta Soc. aut eius loco M. Petrus Faber impedierit, qui nunc dignatus est me in Probationem sua Societatis recipere. Voneo praterea peregrinationem instituere ad limina SS. Apostolorum Petri & Pauli Roma, & hoc quamprimu, si non aliter determinaueritidem M. Petrus. Quod si in ordinem Societatis huius me non acceptari contingat, volome tunc statim obligatum esse, secundum consilium ipsoru professorum

#### LIBER PRIMYS CAP. II. 19

in eadem Societate, ad acceptandum protinus ordinem alium probatum in vita communi, & approbata obedientia. Atque hacomnia duntaxat propter honorem & amorem IES v Christi Domininostri, deinde simul ad honorem & seruitium gloriosa Virginis Maria, sancti quoque Michaelis, & omniu Sanctoru, in salute anima mea. amen.

> Sic prasenti manus mea subscriptione, sic Sumptione sanctissimi Corporis Christi perpetuo contestatum manere volo.

#### 平 平 平

Modis omnibus oro simul & requiro, vi superiores mei me commoneant, corripiant, & ad hac observanda rigide compellant si forte (quod absit cotingat me conuertiretro & meditari suffugium & excusatione ab omnium horum impletione.

Extat & Epistola Canisij Ioanni Nicolaus Buszo claro è Socijs viro inscripta, ser. in Mo-B 2 in

## 20 DE VITA P. CANISII

in qua de Fabro multa, & suo cum illo Moguntiæ congressu, quando ad Conradum apud Diui Christophori ædem parochum, quem Faber ex impura ad fanctam & religiosam vitam traduxerat, diuertit. Epistolam Nicolaus Serarius Moguntiaca historie inseruit. Fabrum porrò Canisius & præsentem & absentem tanti secit, vti vix hominem, seddelapsum aliquem è superis calité veneraretur: quodipsius Canisij literæ ad samiliarem datæ, quando Moguntiæ cum Fabro versabatur, attestanturin hæc verbascriptæ: Secundis ventis Moguntiam veni, virum quem quesiui, si tamen vir est, & non potius angelus Domini, meo magno bono reperi; quo nec vidi, nec audiui doctiorem, profundioremá, Theologum, aut tam illustris eximiag, virtutis hominem; Illi nil aque in votis est, ac Christo cooperari in salute animarum; nullum ex illius ore verbum, siue in vsu, familiariá, congressione, sine dum mense accumbit, prodire audio,

ta

de

re

Sa

U

iel

te.

ta

lu

42

# LIBER PRIMVS CAP. II.

dio, nisi quod Dei honorem & pietatem so. net, neque tamen ob facundiam audientibus graus aut molestus est. Authoritatem tantambabuit, vtei se spiritualiter informandos multireligiosi multi Episcopi, multi Doctores tradiderint; inter quos est Cochlaus ipse, qui pro ipsius instructione gratias se reddere pares unquam posse negat; Multi Sacerdotes & cuiusuis Ordinis Ecclesiastici, velconcubinas abiecerunt, velsaculum reiecerunt, aut à granibus flagities ad frugem meliorem eo adnitente adlaboranteg sesèreceperunt. Quod ad me attinet, dici vix potest, quemadnodum exercitationibus illis spiritualibus animu meum ac sensimimutari, mentem nouis calestis gratiaradijs collustrari & nouo quodans me vigore affici senserim sie vt & in corpus redundante diuina beneficentia copia totus corroborari, atque in alium prorsus hominem transformari vi-

derer.

COLO-

d

ri

1-

n

ię

X

t,

1-

.

1-

n

C

2-

78

46

it

2 ;

re

re